

Petrus de Vinea

*Ep. V 106 (Supplicauit
excellenciae nostrae R. de...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 106 (Supplicauit
excellenciae nostrae R. de...)*

1220-1250

Cuidam communitati, ut restituat equos eis, qui eos perdiderant in seruitio imperatoris.

1. Supplicauit excellentiae nostrae R. de ..., fidelis noster, quod, cum ipse estate proxima preterita in Lombardiam cum aliis militibus a nobis missus fuerit, sicut dicit, et eodem ibidem cum duobus equis pro nostris seruitiis existente, unus equus ipsius morte naturali perierit, alter fuerit morbosus effectus, per uos, qui misistis eundem, restitutionem ei fieri tam mortui quam morbosus, iuxta statutum nostrum et, ut iustum est, de nostra gratia mandaremus. 2. Verum, cum seruitia nostra dampnosa sibi esse non debeant, fidelitati uestrae precipiendo mandamus, quatenus, si uobis ita esse constiterit, et quod sine culpa et negligentia sua dampnum pertulit in predictis, prefato R., fideli nostro, restitutionem equorum ipsorum, secundum Statutum uestrum et, ut iustum est, eidem facere procuretis. Ita, quod iusta de cetero non supersit coram maiestate nostra materia conquerendi.